

Murmuratricem^w virginem disperdit dominus, gratiosam^y autem liberat de^z morte. Turpis risus et exprobrabilis impudentia^a; omnis enim^b insipiens talibus implicabitur; quae exornat vestimenta^c sua^c et^d castitate extrinsecus erit^d. Non commoreris secularibus, et^f avertant tuum^g cor^g, et irrita faciant consilia iusta. Lacrimis in nocte roga dominum, et nemo sentiat rogantemⁱ te et inuenies gratiam. Concupiscentiam^j deambulationum alienarum^k ne imiteris. Donum et desiderium^k avertit statum animi^m, et corrumpit promptam voluntatem eius. Fidelis virgo non formidabit. Quae autem infidelis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, et livor devorat eam. Quae contempnit sororem infirmam, a^q Christo longe erit. Ne dicas: meum est hoc, et illud^r est tuum^r. In Christo enim Iesu omnia communia sunt^s. Non inquiras vitam alterius, et in^t ruina^s sororis tuae non congaudeas. Subministra autem diligentibus^u virginibus, et in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbum de ore tuo in ec-

getur^x. Murmuratricem virginem disperdit Deus; nam gratificam eripit a morte. Turpis est risus et exprobrabilis invecundia; omnis autem insipiens talibus implicabitur. Quae exornat vestimenta sua, haec a pudicitia extranea erit. Nec commoreris^e cum saecularibus, ut non evertant cor tuum et irrita faciant^h consilia iusta. Lacrimis in nocte deprecare Dominum et – si potest fieri – non sentiaris orans, et inuenies gratiam. Concupiscentia deambulandi et desiderium domuum^l alienarum^l evertuntⁿ stabilitatem animae et corrumpunt propositum eius. — Fidelis virgo non timebit; infidelis autem fugiet umbram^o suam.

Invidia tabefacit^p animam et zelus malus consumit eam. Quae contemnit sororem infirmantem a Christo longe erit. Ne dixeris: Hoc meum est et illud tuum; in Christo enim Iesu omnia sunt communia. Ne curiosa fueris de vita extranea et super ruinam sororis tuae non gratuleris. Subministra^v indigentibus virginibus et ingenuitate tua ne extollaris. — Ne proferas verbum de ore tuo

w) Murmurosam *H.*x) neglegitur *S.*y) gratam *H.*z) a *H.*a) impudicitia *H.*b) autem *H.*c) vestes suas *H.*d-d) etiam pudicitia excidet *H.*e) comoreris *S.*f) ut non *H.*g) cor tuum *H.*h) facient *S.*i) orantem *H.*j) Concupiscentia *H.*k-k) et desiderium alienarum domuum *H.*l) domo exalienorum *S.*, *Wilmart vermerkt hierzu: „corr. ex H^a“.*m) animae *H.*n) evertunt *S.*o) umbra *S.*p) tabefaciet *S.*q) et a *H.*r-r) tuum illud *H.*s) fehlt *H.*t) ruinae *H.*u) indigentibus *H.*v) sumministra *S.*